

3340 tabula marmorea. Praeneste OLIV. *La conservo presso di me* CECC. Extat in scalis domus olim gentis Ceconniae.

FL · T · F · PHOEBE · VIVA · FECIT ·
 sic SIBI LIBERIS · LIBERTABVS
 QVE · POSTERISQVE EORVM · IN
 CVIVS · MONIMENTI · TVTELAM
 5 DEDIT · AEDIFICIVM · MACERI
 A · CLVSVM · CVM · AGRO · IVGERI
 BVS DVOBVS · DEXTANTE SEMVN
 CIA · SICVT TERMINIS QVOQVE
 DISPOSITIS · SIGNIFICAT ·

Descripserunt de Rossi et Stevenson, vidi ipse. Olivieri marmora Pisaur. (1738) p. 172, cui misit Pompeius Compagnonius (inde Murat. 1553, 10); Ceconi p. 87; Marini Vat. 9127 f. 276; Petrini p. 363 n. 30.

Fl(avia) T. f. Phoebé viva fecit sibi libert[is] libertabusque posterisque eorum; in cuius moni-

menti tutelam dedit aedificium maceria clusum cum agro iugeribus duobus dextante semuncia [= iugera 2⁷/₈], sicut terminis quoque dispositis significat(ur).

3341 tabula parva marmorea. Praeneste rep. ibi ubi n. 3340 CIC., coniectura. Praeneste apud Giorgium ROSSI. Nunc Lugnano apud Antonium Giuliani.

T · F · PHOEBE · SIBI
 LIBERTIS · LIBERTABVSque
 ET · AGRI · IVGERVM · DVorum
 PERTINENTIVM · ITVM · Aditum... sicut in...
 5 CIPPIS · SCRIPTVM · Est

Descripsimus de Rossi ego Stevenson. Cicerchia ms. et in epistula dat ad. 26 Mart. 1856, unde repetivit Henzen ann. inst. arch. 1855 p. 87.

Et mihi et Stevensonio non videbatur fracta esse nisi a dextra.

3342 cippus magnus marmoreus. Rep. *nella vigna dell' abate Balami posta sulla falda occidentale di questo monte dietro la chiesa di S. Francesco* CECC. Eodem fere loco hodie quoque extat, Praeneste extra portam S. Francisci in regione dicta *la Pescara* in vinea Cenci.

AEDIFICI DEFEN
 TVS · A · FL T F PHOEBE SIC
 N · TITVLIS · MONI//MENTI
 TABERNAR · SCRIP//TVRA
 5 CONPLECTITVR
 CONTINET · P · M
 IVG XI P DC
 TERRAE · CVLTAE · PRAETEREA
 ET · SILVAE · P · M · IVG VS C
 10 S · P · DC

Descripsi. Ceconi p. 86 (inde Marini sched. Vat. 9127 f. 280; Petrini p. 333 n. 24); Cicerchia ann. inst. 1855 p. 87.

2 SICVT Cic., tacite supplens. — 3. 4 inter MONI et MENTI, item inter SCRIP et PTVRA lapis hiat. — 4 TABERNAE Cic. non recte. — 7 PDC Cicerchia, BES Cecc., illud verum est. — 9 fin. IVG·X... Cecc., IVG·V·S Cicerchia; dedi ut excepi; C (vel C) post VS certa mihi esse videbatur; deinde una vel plures litterae possunt periisse.

... [ager ad] aedifici defensionem relictus a *Fl(avia) T. f. Phoebé*, sicut in titulis monumenti [et] tabernar(um) scriptura complectitur, continet p(lus) m(inus) iug(era) XI p(edes) DC terrae cultae, praeterea et silvae p(lus) m(inus) iug(era) V (semissem) ... (semunciam) p(edes) quingentos. Ita Mommsen, qui notam in v. 9 fin., conlata n. 3343, putat fuisse unciae, erratum autem esse in C; ceterum et hic et in n. 3343 mirum esse quod semunciae nota non differt a semissali.

3343 fragmentum tabulae marmoreae latum, quatenus hodie extat, m. 0,34, altum m. 0,18 litteris cm. 2. Rep. ibi ubi n. 3342 CIC. Extat Praeneste in aedibus Sbardella.

nunc extat:

NDEM · TVTELAM · MONIME
 EST · SVpra · VIAM · PARTE · DEX
 · DETERMINATIONI
 VX · SEMVN CIA
 MMA · IVG · XI 5
 CVLTAE

Cicerchia:

TEA · AD EANDEM · TVTELAM MONIMENTI
 NO QVOD EST · SVpra VIAM PARTE DEX
 TA EIDEMQVE DETERMINATIONI
 VM SEMVN CIA
 AT · SVMMA · IVG · XI 5
 P · DC · TERRAE · CVLTAE
 LVAE · P · M · IVG · V · S · S · PB

Descripsimus ego et Stevenson. Aliquanto pleniorem misit Cicerchia epistula data d. 13 Oct. 1856, unde edidit Henzen ann. inst. arch. 1855 p. 87; rursus auctam in principiis vv. 1—4 exhibet Cicerchia in sylloge ms. — Inclinatis dedi ea quae accesserunt apud Cicerchiam in sylloge ms. (ubi praeterea v. 1 pro EANDEM est EAMDEM).

[Post agrum datum ante ad eandem tutelam monumenti [in fundo ...]no, quod est supra viam parte dexteriore, item relicta eidemque determinationi [adiecta sunt iugera ... de]u(n)ca semuncia, [ut fiat summa iug(era) (undecim) p(edes) DC terrae cultae, [silvae p(lus) m(inus) iug(era) V (semissem) unciae semunciae) p(edes) quingentorum] [= iug. V ped. 18500]. Ita fere supplevit Mommsen. 'Declarant hi tituli', addit idem, 'ut in pondere indicando partes librae aetate recentiore solent scribi vel notari usque ad semunciam tantum, reliqua indicari per scriptura numerata (v. Hermae 3 p. 473; cf. Marquardt Staatsverw. 2 p. 48 seq.), ita in mensuris agrorum partium enuntiationem aetate posteriore substituisse ad semunciam iugeti (= pedes quadratos 1200), reliqua, omissis notis sicilici sextulae scripuli, enuntiarum per pedes quadratos'. — Ager universus huic monumento relictus iugerum XVI pedum 19100 [iug. XI ped. 600 + iug. V ped. 18500] in portiones divisus fuit instructas singulas suis titulis (qui sunt tituli monumenti et tabernarum inscriptionis primariae n. 3342); ex his supersunt duo n. 3340 portiois iug. 2⁷/₈, n. 3341 alterius supra iug. 2.

3344 tabula marmorea litteris malis praesertim in duobus ultimis versibus, Praeneste *nella strada Romana ossia Labicana* rep. BONANNI; apud Bonannium CIC. Nunc *ma-gazzino Bernardini*.

D I S M A N
 P F V F I V S D E X T E R
 L O L · L I · A E · I V C V N
 D E C O · I V G I · B E N E M E
 5 R E N · T I · E T I N C O M · P A
 R A B I · L I · Q V E M E · C V · V I ·
 X I T · A N · N I S · S E X · M E N
 S E B V S · S E P · P T E D I E X V sic
 H O R · I I I Q V E I N D I E M · M
 10 O R T I S · S V E · O M N E O M I N E sic
 B E N E M O N V I T sic

Descripsi. Bonanni ms.; Cicerchia ms.

10. 11 fortasse intellegendum *omni nomine bene meruit*.